

# DE MVNERE EPISCOPALI.

## OFFICIUM EPISCOPI POST VERBI

prædicationem consistit potissimum in impositione  
manuum, & visitatione ecclesiarum.



## EPISCOPI MVNVS IN DVOBVS

potissimum cōsistit. Primum, in impositione manuum,  
quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio  
ministorum. Deinde in visitatione diocæseos. Vtrūq;  
beatissimus Apostolus ad Titum, dilectum filium, Cre  
tæ Episcopum scribēs, complectitur. Huius, inquit, rei  
gratia, reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, &

Titum. 1.

constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Alterum ve  
ro idem Apostolus, cum a Mileto discessum maturaret, profecturus Hiero  
solyman, ac certus quod amplius haud visurus esset faciem eorū omnium,  
per quos transiuit, prædicans regnum dei, vocatis illo ad se ab Epheso, eccle  
siæ presbyteris apostolica vehemētia inculcat, cum ait: Attendite vobis, &  
vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere ecclesiā  
dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et quoniam scio, inquit, q̄ intrabūt post  
discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcētes gregi, & ex vobis ipsi  
exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se, propterea  
vigilate. Cui muneri, vt ambo illa apostolici ordinis eximia luminaria, nimi  
rum Petrus, ac illius collega Paulus, satisfacerēt, alter transiuit & inuisit vni  
uersos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, cōfirmans ecclesias, præcipi  
ens custodire præcepta Apostolorum & seniorū, nimirum non tantum ver  
bū, sed & exemplo, Episcopos commones, vt qui speculatores in dei eccle  
lesia constituti sunt ac appellantur, prouinciæ sibi mandatæ, vigilantissime  
intendant, fidem, cōuersationem, mores & vitam singulorum explorent, ex  
aminentq; , ac prouideant, ne alicubi quis in ea vocatione, ad quam a deo  
vocatus est, torpescat.

Acto. 20.

Acto. 9  
Acto. 15.

## DE IMPOSITIONE MANVVM, QVAE EST ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministorum. Cap. I.



Impositio manuum est ostium, per quod intrant qui eccle  
siarum gubernaculis admouent. Proinde quia eius  
modi ostium diligenter custoditum non est, factum  
est, vt tanta mala quæ sentimus agminatim in ecclesiam  
dei irruerint. Huius ianuae vigilantissimi custodes fue  
runt Apostoli Christi, & quotquot ipsis successerunt,  
apostolici episcopi. In primis vero diuinissimus Paulus,

A qui